# HOLY NAME OF JESUS

Errors? help@extraordinaryform.org

**INTROIT Philippians 2: 10-11**

In nómine Jesu omne genuflectátur, cæléstium, terréstrium, et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris. (Ps. 8: 2) Dómine Dóminus noster: quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra! v. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio et nunc et semper et in sǽcula sæculórum. Amen. In nómine Jesu omne genuflectátur, cæléstium, terréstrium, et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

In the name of Jesus let every knee bow of those that are in heaven, on earth, and under the earth; and let every tongue confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father. (Ps. 8: 2) O Lord, our Lord, how wonderful is Thy Name in the whole earth. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. In the name of Jesus let every knee bow of those that are in heaven, on earth, and under the earth; and let every tongue confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father.

**COLLECT**

Deus, qui unigénitum Fílium tuum, constituísti humáni géneris Salvatórem, et Jesum vocári jussísti: concéde propítius; ut, cujus sanctum nomen venerámur in terris, ejus quoque aspéctu perfruámur in cælis. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

O God Who didst appoint Thine only-begotten Son the Savior of mankind, and didst bid that He should be called Jesus: mercifully grant that we may also enjoy the vision of Him in Heaven Whose holy Name we venerate on earth. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**LESSON Acts 4: 8-12**

In diébus illis: Petrus replétus Spíritu Sancto, dixit: Príncipes pópuli, et senióres, áudite: Si nos hódie dijudicámur in benefácto hóminis infírmi, in quo iste salvus factus est, notum sit ómnibus vobis, et omni plebi Israël: quia in nómine Dómini nostri Jesu Christi Nazaréni, quem vos crucifixístis, quem Deus suscitávit a mórtuis, in hoc iste adstat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobátus est a vobis ædificántibus: qui factus est in caput ánguli: et non est in álio áliquo salus. Nec enim áliud nomen est sub cælo datum homínibus, in quo opórteat nos salvos fíeri.

In those days: Peter, filled with the Holy Spirit, said to them: Ye princes of the people and ancients, hear: If we this day are examined concerning the good deed done to the infirm man, by what means he hath been made whole, be it known to you all, and to all the people of Israel, that by the name of our Lord Jesus Christ of Nazareth, whom you crucified, whom God hath raised from the dead, even by Him this man standeth before you whole. This is the stone which was rejected by you the builders, which is become the head of the corner: neither is there salvation in any other. For there is no other Name under heaven given to men, whereby we must be saved.

**GRADUAL Psalm 105: 47**

Salvos fac nos, Dómine, Deus noster, et cóngrega nos de natiónibus: ut confiteámur nómini sancto tuo, et gloriémur in glória tua.V. ( Isaias 63: 16) Tu, Dómine, pater noster, et redémptor noster: a sǽculo nomen tuum.

Save us, O Lord our God, and gather us from among the nations: that we may give thanks to Thy holy Name, and may glory in Thy praise. V. (Isaias 63: 16) Thou, O Lord, art our Father and Redeemer, Thy Name is from eternity.

**LESSER ALLELUIA Psalm 144: 21**

Allelúja, allelúja. V. Laudem Dómini loquétur os meum, et benedícat omnis caro nomen sanctum ejus. Allelúja.

Alleluia, alleluia. V. My mouth shall speak the praise of the Lord, and let all flesh bless His holy Name, Alleluia.

**GOSPEL Luke 2: 21**

In illo témpore: Postquam consummáti sunt dies octo, ut circumciderétur puer: vocátum est nomen ejus Jesus, quod vocátum est ab Ángelo priúsquam in útero conciperétur.

At that time, after eight days were accomplished, that the child should be circumcised; His Name was called Jesus, which was called by the Angel before He was conceived in the womb.

**OFFERTORY Psalms 85: 12, 5**

Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto corde meo, et glorificábo nomen tuum in ætérnum: quóniam tu, Dómine, suávis et mitis es: et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te. Allelúja.

I will praise Thee, O Lord my God, with my whole heart, and I will glorify Thy Name forever; for Thou, O Lord, art sweet and mild, and plenteous in mercy to all that call upon Thee. Alleluia.

**SECRET**

Benedíctio tua, clementíssime Deus, qua omnis viget creatúra, sanctíficet, quǽsumus, hoc sacrifícium nostrum, quod ad glóriam nóminis Fílii tui, Dómini nostri Jesu Christi, offérimus tibi: ut majestáti tuæ placére possit ad laudem, et nobis profícere ad salútem. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fíium Tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

May Thy blessing, by which all creatures live, hallow, we beseech Thee, most merciful God, this our sacrifice, which we offer to Thee to the glory of the name of Thy Son our Lord Jesus Christ, that it may please Thy majesty and bring Thee praise, and avail us unto salvation. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**PREFACE OF THE NATIVITY**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapiámur. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, for through the Mystery of the Word made flesh, the new light of Thy glory hath shone upon the eyes of our mind, so that while we acknowledge God in visible form, we may, through Him, be drawn to the love of things invisible. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

**COMMUNION Psalms 85: 9, 10**

Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt, coram te, Dómine, et glorificábunt nomen tuum: quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: tu es Deus solus. Allelúja.

All the nations Thou hast made shall come and adore before Thee, O Lord; and they shall glorify Thy name: for Thou art great, and dost wonderful things: Thou art God alone, alleluia.

**POSTCOMMUNION**

Omnípotens ætérne Deus, qui creásti et redemísti nos, réspice propítius vota nostra: et sacrifícium salutáris hóstiæ, quod in honórem nóminis Fílii tui, Dómini nostri Jesu Christi, majestáti tuæ obtúlimus, plácido et benígno vultu suscípere dignéris; ut grátia tua nobis infúsa, sub glorióso nómine Jesu, ætérnæ prædestinatiónis título gaudeámus nómina nostra scripta esse in cælis. Per eúndem Dominum nostrum Jesum Christum, Fílium Tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

O almighty and everlasting God, who didst create and redeem us, look graciously upon our prayer, and with a favorable and benign countenance deign to accept the Sacrifice of the saving Victim, which we have offered to Thy Majesty in honor of the name of Thy Son, our Lord Jesus Christ: that through the infusion of Thy grace we may rejoice that our names are written in heaven, under the glorious name of Jesus, the pledge of eternal predestination. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.